

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

continebantur olim nummi ex argento fusi, auroque obducti, quadraginta numero, eandem fere seriem maiorum *Habsburgo-Austriacorum*, quam antea in uno numismate iam expenso vidimus, referentes: quorum quivis pondus unciae unius habet. Hi quoque in tres orbes ac ordines dispositi, & frondibus argenteis pulcherrime interstincti sunt. Duo hodie ex iis desiderantur; puta: qui loculamenta sextum & quartum decimum quondam impleverant. Medium porro locum occupat numisma longe maioris moduli, pondere quatuordecim unciarum, quod caput laureatum Inviçtissimi Cæsaris LEOPOLDI *Magni* representat, cuius Augusto nomini totum opus elegantissimum dicatum fuit anno 1677. Theca hæc rubro corio exornatur, & operculum aureis circulis, rosis & insignibus copiose decoratum, in umbilico quasi scutum, in orbem compositum ac laurea corona cinctum exhibet, cui inscriptus aureis litteris titulus, in hunc modum:

GENVINAE EFFIGIES
 XL. GLORIOSISSIMORVM HEROVM
 EX QVORVM SANGVINE
 LEOPOLDVS
 AVG. IVSTVS ET PIVS IMPERATOR
 PER TOTIDEM GENERATIONES
 RECTA LINEA DESCENDIT,
 EX VERIS ORIGINALIBVS, STVDIO
 DOMINICI FRANCISCI CALIN
 DE MARIENBERG EQV. AVRATI
 COM. PAL. ET HISTOR. CAESAREI
 EIVSDEMQUE IMPENSIS FORMATAE
 NATVRALITER PER IOANNEM
 PERMAN VIENNAE AVSTRIAE
 an. Chr. MDCLXXVII.

Nihil attinet de hac inscriptione pluribus agere; repetantur dicta a nobis hic supra §. IV.

VII.

NUMMOS hos iconicos maiorum gentis *Habsburgo-Austriaca*, qui in prædicta theca adservantur, consulto hic in quatuor tabulas aeneas referimus; nec enim integrum erat, thecæ amplitudinem una charta dimetiri, neque nummorum typos in minores formas contrahere. Damus itaque eorum delineationes, typis omnino æquales, una cum partibus averfis, quæ in recensito prægrandi numismate alchymistico desiderantur quidem, inscriptiones tamen singulis nummis minoribus ibidem adpositæ habentur: has vero, quæ in non nullis differunt, servato ceteroquin ordine, conferemus. Series hæc est: 1. PHARAMUNDUS: succedit 2. CLODIVS CRINITVS. hunc excipit 3. MEROVEVS. quem sequitur 4. CHILDERICVS. 5. deinde CLODOVEVS. Sextus ordine, qui desideratur, CLOTHARIUS

Ordo & recensio nummorum in prædicta theca.
 TAB. III. IV.
 V. & VI.

h 3

est,

est, cuius obitus in præcedenti numismate, eodem num. 6. refer-
 tur ad an. 584. alii in annum 565. statuunt. 7. SIGEBERTVS. 8.
 CHILDEBERTVS. 9. THEODOBERTVS. 10. SIGISBERTVS Dux Supe-
 rioris Alemanniæ, THEODOBERTI Regis filius. 11. SIGISBERTVS II.
 Dux Alem. filius SIGISBERTI I. 12. OTBERTVS. SIGISBERTI II. fi-
 lius, quem conditorem Habsburgi statuunt. 13. BEBO, comes
 Habsburgi fil. OTBERTI. 14. Qui in nummotheça pariter deest,
 AMPRINCTVS dicitur, natus 688. in præcedenti autem numismate
 eodem numero adnotatur: ROTHER. COM. HABS. BEBON. FIL. †.
 ANNO CHR. 766. 15. HETOBERTVS, alii OTBERTUM II. scribunt.
 16. RAMPERTVS, cui secundum ceteros scriptores successit LUIT-
 HARDUS. Sed auctori nostro placuit, nullo intermedio GUNTRAMUM
 ei subiungere. In sæpius citato numismate hoc loco comparet
 AMPERT. COM. HABS. tum vero collocat 17. GUNTRAMUM I. Co-
 mitem *Habsburgi* alias *Bellicosum*, cui postponit, quem ante no-
 minavimus: numero 18. LVTHARDUM, huncque nominat GUN-
 TRAMI I. filium. 19. LVTFRIDVS. 20. HVNFRIDVS. 21. GUN-
 TRAMVS II. cognomento *Dives*, quem obiisse fert anno 945.
 sed in superiori numismate ad hunc numerum scribitur: GUNTR.
 COM. HABS. WER. II. FIL. VIX AN. CHRIST. 943. 22. BETZO, si-
 ve BEZOLINVS, GUNTRAMI *divitis* filius. 23. RAPATO, seu RADE-
 BOTHO. 24. WERNERVVS I. filius RADEBOTHONIS. 25. OTTO. di-
 ctus *Gloriosus*. 26. WERNERVVS II. huic alii addunt WERNERVUM III.
 27. ALBERTVS I. WERNERI II. filius. 28. ALBERTVS II. filius AL-
 BERTI I. quem omiſſis RUDOLPHO *Taciturno* & ALBERTO *Exultatore*
 patrem constituit. 29. RVDOLPHVS I. Rom. Rex. 30. ALBER-
 TVS I. Imp. RUDOLPHI I. fil. 31. ALBERTVS II. *sapiens*. Hunc
 eiusque posteros *Archiducis* titulo iam ornat auctor: sed in texen-
 da serie genealogica hiulus & mancus est. Nam ex numerosa pro-
 genie Ducum & Archiducum Austria, qui ab ALBERTO II. descende-
 runt, usque ad LEOPOLDUM I. Cæsarem Aug. non nisi novem ca-
 pita in medium profert. Numero scilicet 32. sistitur LEOPOLDVS
Probus. 33. ERNESTVS *Ferrens*. 34. FRIDERICVS *Pacificus*. 35.
 MAXIMILIANVS I. Imp. 36. PHILIPPVS I. *Austriacus*. 37. FERDI-
 NANDVS I. Imp. 38. CAROLVS Archidux, *Styria* Dux. 39. FER-
 DINANDVS II. & num. 40. FERDINANDVS III. Cæsar, ac pater LEO-
 POLDI I. Augusti, cuius, ut diximus, elegans numisma in medio
 thecæ positum est; nos vero idem ultimo loco exhibemus cum
 postica eius parte, quæ symbolum Cæsaris complectitur, addito
 lemmate: CONSILIO ET INDVSTRIA: in perigraphæ dies & annus
 nativitatæ expressus cum hoc titulo: LEOPOLDVS I. DEI * GRA-
 TIA * ROM * *anorum* IMP * *erator* SEMP * *er* AVGVSTVS * IVSTVS *
 PIVS FELIX * In altera nummi parte: GERM *ania* HVNG. *arie*
 BOH. *emia* REX. ARCHIDVX. AVSTRIE. z. (¶ *cetera*) NATVS. IX.
 IVN. ii MDCXL.

PRO-